

Epistola Patris Jacobi Gravier ad Reverendis-  
simum Patrem Michaellem Angelum  
Tamburini, Præpositum Generalem  
Societatis Jesu, Romæ.

PARIS, 6. mars 1707.

R. A. P.

Non ita pridem huc adveni ex nostris missionibus indorum vulgo Illinois dictorum, positis juxta magnum flumen Mississipaum quod in sinum mexicanum influit. . . . Confeci vero in navi plus quam 2,000 leucarum non eo animo ut extrahentem ex medio brachio cui infixus inhæret ad reliquam vitam sagittæ lapis [inveniam], (Quatuor enim aliæ quas in me idem barbarus in odium fidei vibraverat, præter auriculam transverberatam vixdum me læserant,) confeci autem valde sollicitus de obtinendis a R. P. G<sup>h</sup>. operariis quibus maxime indigent missiones nostræ et de casuum inprimis illorum ad V. P. missorum resolutione. Eorum enim qui spectant ad matrimonium fidelis cum infideli contrahendum, sunt maximi momenti pro stabi-  
liendo christianismo. . . .

In meo pago qui quingentis leucis Quebec distat, quiq. tribus circiter âarum millibus constat, si absente pastore non fuerint dispersæ oves ad tempus, solus